

MEMORIAM
DOCTORIS DESIDERATISSIMI
BENIAMINIS
GOTTLIB LAVRENTI
B O D E N I

POETAE AC PROFESSORIS POETICES CELEBERRIMI

PIE RENOVAT

ACADEMIA VITEMBERGENSIS



Quanto plus habuit acerbitalis repentinus Bodeni nostri deceffus, cui, propter disciplinae coniunctionem, praeflantiam eruditionis, confuetudinis incunditatem, fludia de hac literarum fede optime promerendi, feram optaramus fenectutem, tanto gratiorem iudicamus illius recordationem, tantoque iuflius officium nobis imponimus, nominis eius ad pofteros publice propagandi. Cur enim lacrymis, quae nihil proficiunt, diutius indulgemus, nec potius eius imaginem pulchram pingimus, res ab eo geflas, prout par efl, collaudamus, ac fortem eil meliorem gratulamur. Quem quidem fupremum honorem non minore elegantia, quam grauitate, nobis commendat Plutarchus in confolatione ad Apollonium, filio orbatum (uol. VI. p. 435) his uerbis, a Toupio feliciter emendatis. uir bonus non lamentatione, fed hymnis et laude dignus habetur, non luctu, fed commemoratione honorifica, neque fletu, a dolore expreffo, fed annuis primitiis, quippe qui obitu in diuinioris uitae focietatem uenit. Tanta charitate fic perfungemur, ut ab origine uiuendi curfum repetamus, et, qua arte naturae impetum, quo ad poefin ferebatur, auearit, quibus eluxerit uirtutibus, quibus ingenii monumentis famam fparferit, quantum licebit, perfequamur. Patria tulit ipfum Vitemberga, anno faeculi huius triceffimo feptimo Prid. Kal. Nou. natum. Quam fibi contigiffe fic ut efl magnopere gauifus, religionis caftioris, atque humanitatis omnis parentem, fic non minores Deo gratias egit, quod patrem fibi concefferit *Ioannem Andream*, non eruditionis folum, fed etiam probitatis, ducem atque principem. Is enim urbis huius fcholam, induflria nunquam remiffa, rexit, ac longo ufu in aliorum didicit fubole, quae efllet ratio nati, ad omnem liberalem cultum formandi, commodiffima ineunda, opera fideque meritus, ut, puluere fcholaflico relicto, in ampliozem prodiret campum, praefulis Schlubenenfis locum confeutus, uigilantia fingulari ornatum. Matrem uero Ioannem Sophiam, e gente Sigertia honeffiffima prognatam, ab aliis accepit magis, quam nouit ipfe, morte immatura infanti feptem dierum ablatam. Sic, quem Deus ftatuit extollere, hunc uel ab incunabilis cum malis uult conflitari, quo firmior uirtus exercitatione longa euadat. Haec ipfa uero calamitas lauioris fuit fortunae inftrumtum tranfeunti in gentem Zeibichii, Theologi etiam nunc clariffimi, fuae lectionis copia, fuae accuratio doctriinae, fuae meritorum de hac Mularum fede magnitudo, fpedetur, per Erdmutham Sophiam, filiam natu minimam, tanta femper cura priuignum complexam, ut ex ea nouercae, huius inuidiam nominis fuperaturae, innocentiae beniuolentiaeque capere exemplum poffint. Quanto cupidius a parente, faeces academicos tenente, ius ciuitatis literatae puerulo trium annorum impetrauit, quo pietate in fe intentiore, ac difcendi cupiditate, flagraret. Genitor autem eius fentiens igniculos ingenii, hos mature cenfuit fufcitanos, ne extinguerentur neglecti. Plura fane inuens aetatula, quam uulgo putant, capit, recteque tractata uincit expectationem, alluefacta uero diligentiae hanc per caeteram uitam feruat. Nerui tamen non funt nimium contendendi, quod alias faftidium nafcitur artium, ipfiusque corporis uigor debilitatur. At nunc multi, quibus Rouffauiana difcipli-

disciplina magis probatur, primos annos parum pensi habent, illud Taciti secum non reputantes (Agric. c. 2.) *subire etiam ipsius inertiae dulcedinem, et, inuisam primo, desidia postremo amari.* Alio fuit affectus animo Bode- ni pater, ac subolem, cum primum fieri potuit, ne sincera natura prauita- tibus detorqueretur, artium humanitate morumque limauit, neque hanc industriam solis permisit aliis, sed ipse sine intermissione suscepit, merito ra- tus, nobilissimam liberis hereditatem relinqui, rerum diuinarum scientiam humanarumque, ac uirtutis omnis obseruantiam. Scholastici quidem mole- stias muneris praetexere facile poterat, has tamen commodis posthabuit pluribus, quibus paterna institutio pollet. Progenies, patris amans, atten- tionem duplicat, fiducia in eius fidem certiore collocata, et coniungi socie- tate gaudii, quod e profectibus suis ille percipit, omnibus modis studet, praemiorum maxime, prudenter tributorum, spe commota. Profecto, si negotiorum grauissimorum mole deterreri non potuit Augustus imperator, quo minus nepotes et literas, et natate, aliaque rudimenta, per se plerum- que doceret, auctore Suetonio (c. 64.) quis non istorum streuam ridet in- ertiam, qui, partibus, fatis expeditis, fungentes, tempus uoluptatibus tri- buere, quam suorum educationi sollicitae, malunt. Quoniam tamen omni ex parte puerili alacritati fatiscere non potuit, in subsidium uocauit Hel- uigium, consilio ualde salutari. hic enim pignus, sibi commissum, uigilan- tia, a discipulo nulla obliuione deleta, custodiuit, cumque ingenerata in eos, qui procreati sunt, indulgentia horum uitia uel non obseruare soleat, uel iusto lenius accipere, animaduerso aliena uidet acutius, seueriusque casti- gat. Nihil autem prius, antiquius nihil, pater optimus iudicauit, linguis, ad maiora necessariis, subtiliter addicendis, eaque mente Grammaticen di- utissime tractari iussit, ut uniuersam hauriret, de eius siccitate parum sollici- tus, quam uelox paruulorum memoria tanta fatietate non sentit, quanta iuuentutis, ad altiora festinantis, delicatior gustus, ac semel perceptam fir- mius retinet. Hanc ille rationem ab Melanthono didicerat, quo iudice, non in scholis modo hoc politioris humanitatis instrumentum est consuetudine, non intermissa, usurpandum, sed etiam in academiis deponendum nun- quam, quod, quem ad modum in scribendo, atque interpretandis ueterum monumentis, adhibeatur commode, hic lectionibus assiduus ostendit, ipseque praecepta fermonis Latini in ordinem aptum redexit, semel iterumque in lucem edita. At, quae hominum nostrorum mollities effeminata est, haec nunc doctis nugis annumerantur, in aetatis tenerae aspera cruciamenta ex- cogitatis, quibus omne lumen ingenii obscoretur. Hinc ista barbaries, magis serpens magisque, ac situ et squalore obsita, hinc contortae libro- rum, praesertim diuinorum, interpretationes, quarum dementia Gram- maticus moxprehendit, hinc eruditionis reliquae difficultas, sine his sub- fidiis non superanda. Saniora cepit consilia Bodenus, paternis monitis ductus, eoque celeriori gradu ad sublimiora ascendit. Nunc enim illum to- tum cepit nitor atque elegantia Graeciae Latinae, a duce tam fideli mon- strata, ne in sola superficie haereret, sed in partes penetraret interiores. Sed, quoniam singularem e poetis incunditatem hauserat, parens, quo fe- lix natura illum traheret, mox intellexit, cumque ipse in hoc amoenissimo campo non esset mediocriter uersatus, sed carminum contexendorum fa- cultate hic laudem insignem deportasset, eandem cum filio, tanquam posse- sionem, omni patrimonio praestantiorum, communicauit, et quotidianam institu-

tionem atque imitationem auxit. Indolis iam corroboratae experimento capto, Misniam natus se contulit, in cuius Afraneo, tot ingeniorum praestantissimorum seminario, longius discendo, exercendoque se, procederet. Hic et si praecipuos omnes sedulitate atque obsequio sibi conciliauit, Hoerium tamen praecipuo amore coluit, propter uetustam cum patre amicitiam, ac similitudinem disciplinae. Is enim, contemptis declamationibus, quae uocantur aestheticae, ac de quibus auctor saepe nil cogitauit, proprietatem indagauit uocum, singulares non linguae modo, sed etiam scriptoris cuiusque, dictiones obseruauit, ordinem tamen rerum uerborumque non neglexit, copiam atque ornatum Rhetorica subtilitate conquisiuit undique, atque ad consimilia experienda ac tentanda excitauit. Tragicos Hoerius in sinu oculisque tulerat, ac, praeter caeteros, Sophoclem, dulcedine eius sublimi, atque artificio mirifice recreatus. Ad eundem suum deduxit alumnium, et, sicut ingenii aciem ad pulchra diligenda, et reicienda contraria, exacuit, sic flumen orationis dilatauit. Hic autem stadium, tam honestum, tam suauem, tanta decurrit hilaritate, ut integros sex annos completeret, persuasissimus, quod adolecentes plurimi, de ergastulo, nescio quo laboriosissimo, conuergentes, credere nolunt, hoc expeditiorem fore in academiis cursum, quo diutius quis fuerit in illo commoratus. Noluit autem sine dignatione discere, eoque impulsus animo, dissertationem philologicam publice defendit, omnium plausu exceptus. Ita condiscipulis exemplum laudabile, quo se conformarent, magistris sui desiderium, reliquit. Parens uero ipsum incredibili cum laetitia in gremium recepit, omnem nauans operam, ut illi princeps et ad suscipiendam, et ad ingrediendam, rationem studiorum optimam existeret. Sanctioribus eum literis destinaret, non impetu coeco, sed quod pueruli ab his non abhorrebat natura, praestantia scientiae adducti. Haec quo modo sit pro dignitate excolenda, a Wernsdorfio seniore, et cuius officina, regendis liberum moribus dilectus, tanquam ex equo Troiano, prodierat, perdidit. Hanc, Cuius, imaginem contuemini, ut, quam longe a patrum maiorumque grauitate recesserimus, ipsis manibus teneatis. Graeciae copias, a Wilkio fubleuatus, amplificauit, nec quicquam prius, quam genus dicendi Foederis noui, Hebraea Graecis miscens, a puro sermone Graiorum seiunxit, quo tutius tot deprauationes eius, ex huius discriminis foecordia ortas, uitaret. Itaque Sperbachii lectiones, quibus et ipia tradidit linguarum orientis, et ueteris Instrumenti tabulas inuestigauit, sine intermissione, frequentauit. Sed maxime Zeibichio, filiorum Theologi natu maximo, cui erat affinitate in-nexus, se dedit, his in thesauris exercitatissimo. Attamen haec omnia manca reperiuntur ac mutila, nisi lumen acceperit historiarum, De cuius necessitate summa cum Bodenus nullus dubitaret, Ritterum maximi fecit, eumque attentione continente audiuit. Cum primis, propositi memor, res in Dei ciuitate gestas cognitatas sibi perfectasque reddidit, quas ei Wernsdorfius, magno patre prognatus, aperuit, cuius et domicilio, et bibliotheca, fruebatur. Ne poesin, sibi charissimam, postponeret, accessit ad Hillerum, Anacreontis delicias expromentem, artisque poeticae, ab Horatio informatas, praescriptiones saluberrimas rimantem. Sed breui, haec omnia fore arenam sine calce, sensit, ea nisi philosophia redigat in ordinem, causas, quibus contineantur, e tenebris eruat, et firmamenta, quibus nitantur, sumministret. Sic animatus, ad eiusdem Hilleri ductum sese applicauit,

plicauit, illiusque campum totum peragrauit, difficultate, quae tot iuuenes nunc in medio retardat cursu, non deterritus. tunc enim genus philosophandi ualuit, quod, Wolfio principe, alia ex aliis nexuit iusta continuatione, ut omnia inter se apta colligataque non persuaderent, sed cogerent. Latius hodierni Socratis simii uagantur, suisque declamatoriis uociferationibus attentionis pertaesos fallunt, atque incautos, sanis, et cuncta ad rationis trutinam ponderantibus, ludibrium debent. Horum fuit numero noster auditor, atque, acumen meditandi patientiamque quo firmaret Mathematicis, Titio se in disciplinam tradidit, de Baylii iudicio nihil laborans, Mathemata cum facultate dicendi, et faciendi carmina, perinde confociari non posse, atque cum tigribus agnos. Iam positus in sanctioris incude scientiae, rediit ad Hillerum, eiusque partes omnes ex instituto fuit, quo par est, ordine persecutus. Sed, quo certior fieret, quid quantumque profecerit, priuatim uoluit explorari. Talibus enim periculis, quae nondum liquent, in lucem proferuntur, nerui contentuntur probandi, ut ueritas ex animis euelli non possit, differendique audacia corroboratur. Quas opportunitates eo facilius obtinuit, quod domesticas disputationes in utramque partem instituit, contrariisque comparandis, quid uerum sincerumque esset, liquidius iudicauit. Postea Hoffmanno fuit atque Weickhmanno affiduus, uiris nominis celebratissimi, quorum alter arte codicis diuini recte enucleandi eum tinxit, ac religionis partes perspicua eloquentia neruosaque exornandi, alter controuersias ultro citro agitauit, probe natus, non minoris esse uirtutis, tueri parta, quam quaerere. Ambo uero, sententias castioribus Lutheri deditissimi, eius animum confirmarunt, ne corruptelis nouis, undique irruentibus, occuparetur, sed in prisca perstaret integritate. Sobrium sane consilium Bodenus cepit, res semper cum uerbis addiscendi, ab eorum remotus ignauia, longius in dies manante, qui in oraculis diuinis exponendis acquiescunt, ut ueteris tam philosophiae quam Theologiae, temere contemptae, tegant inscientiam, ac rerum sacrarum notitiam, quam uocant popularem ac practicam, praeferunt, cognitionem qualemcunque ac plebeiam cum follertia, Theologo digna, commiscetes. Quos ego risus excitarem medico, artem salutarem in Hippocrate interpretando totam si ponerem, aut uulgo notis medicamentis, iisque non spernendis. In tantas angustias feruor illius se non concludit, sed copias ex omnibus locis coegit, nunc directo itinere ad laudem contendens. Primo sapientiae amorem Philosophorum probauit ordini, ab hoc cunctis suffragiis summos honores, Titio Decano, nactus, anno huius saeculi LX atque in solempni magistrorum creatione, Melanthonem, in barbariem sui aevi haud lenem, carmine eleganti praedicauit. Qua ductus elegantia, Freybergius, caput postea collegii sui, eum anno sequente produxit in medium, et laurea cinxit, fociis rari decoris et comitibus, Klotzio, similitudine studiorum Bodeno coniunctissimo, et Schaefero, rectore scholae Drefenenfis, multis meritis conspicuo. In sede uero literata haerere semper noluit, occasionem potius captauit, in celebritate uersandi, hominumque uarii generis mores explorandi, propterea quod, poetae nihil opportunius humanae uitae perspicientia, recte putauit. Illa uero fuit confestim data a Gente Kiefewettera, nobilitatis in Lusatia superiori antiquae. Haec illum duobus adolescentibus egregiae spei praefecit, cumque officio suo defungeretur impiger, tanta liberalitate refecit, ut iucundissime uiueret. Nihil autem maiorem praebuit oblectationem comitatu iuuentutis huius generosae in academiam nostram, ubi illam in officio contineret, atque ad omnis humanitatis

nitatis cultum informaret. Interiecto tempore, propius se cum societate nostra coniunxit, ac disputatione, Hillero praefide, habita, de umbra poetica, magistri legentis iura anno LXIV. capeffuit, nitidis ostendens exemplis, quanta uates prudentia res, sensibus ingratas animoque, conentur occultare. Quam opellam Hagedornii nostri nomini sacram esse uoluit, illiusque plausum tulit in literis, tam ad ipsum, quam ad praesidem, summa scriptis humanitate. Nostra certe obseruantia tantopere uiro placuit, ut beniuolentiam, in hoc Musarum domicilium conceptam animo et comprehensam, nutriret, ampla ei hereditate relicta, ad fortunas, longo bello afflictas, erigendas, qua utinam frui liceat. Sed, quae causa tam est pia, quam non calliditas interuertat. Hominis uero, tam politici, suffragium Bodenum non potuit non acrius instigare, ut eundem locum percontaretur altius, ac duabus diatribis dilataret, coniunctim cum priori foras datis. Eodem fuit anno in numerum receptus eorum, quos confortionis participes suae Philosophi, ac iurium, asciscunt, quo uiam sibi ad locupletiores fortunam pararet. Sed haec usque ad annum LXXII. cunctabatur, qui partes literarum Graecarum docendarum ei dedit, eumque in negotium misit. Quanquam autem Graeciam, eruditionis omnis parentem, summo fuit ab incunabilis amore complexus, magis incensum professione antiquitatum extraordinaria, prius anno LXVI. curae suae demandata, tamen suauitatem pulpitis templorum, fori strepitu, gemitibus aegrotorum, longe anteposuit, spreto istorum uocibus, qui carminum studium prosteruunt. Itaque in sinu fuit gauisus, cum anno LXXV. locus artis poeticae edocendae uacaret, quem, sibi traditum, tanta uenustate, fide tanta, tuitus est, ut melius nemo. Principes totius rei poeticae praefulfit, Aristotelem atque Horatium, adhibitis in consilium, qui recentiore aetate ueterum rationem locupletarunt, in meliorem ordinem redactam. Pluris tamen existimauit, Graeca exemplaria atque Latina cum iuuenibus, huius leporis studiosis, quorum iam sunt oppido pauci, uersare, quo sagacius carminum genera ac mensuras secernerent, dispositionem rerum atque argumentorum, saepius retrusam, uestigiis omnibus indagarent, pulcherrimam naturae imitationem, in qua maxima artis praestantia consistit, mirarentur, ambages, affictas narrationi, quae dicuntur *inversidiae*, amplificationis ornatæ causa, animaduertent, ac uorsae discrimen protraeque dictionis, quod quam esset facile commiscere, suo monitus exemplo fuit, seruarent. Artis etiam censuit summam, quantum uersuum, pedibus dimetiendorum, celeritas a uera poesis excellentia discrepet, penitus nosse, quod alteram tirones breui consequuntur exercitatione, alteram longus comparat usus eruditionis, longe lateque fusae, et gustus pulchri, multis experimentis acutus. Nec minore iudicio novos poetas, atque antiquos, composuit, ne illorum inflatae corrumpere ampullae, sed horum simplex grauitas, concinnitate permixta, eodem cultu indueret. Quas cunctas partes, sibi impositas, hoc procliuius transegit, quod ei fuerat ingenium poeticum ab natura ipsa tributum. Huius numeros habuit omnes, sicut illos Bettinellius, de enthufasmo in artibus ingenuis ac disciplinis, sollerte iudicio percensuit. Materiam memoria, tam prompta, quam fidelis, undique conueruauit, omnis aeuu monumentis diligenter euolutis. Acerbius saltem iudicat bibliotheca Critica (T. I.) *doctrinam illius magis e recentiorum commentariis, quam fontibus hausam.* Vel solus libellus de Daricis iniuriam repellit, ubi Pridossi ac Perizonii sententiam, testimoniis uetustatis quam plurimis collectis, roborauit.

rauit. Memoriam inuiv celeritas imaginum concipiendarum, quae sibi uideret, uehementi aetrea impetu, Musas audire, atque eminens foras, quae extra sunt, contemplari, ut tanquam oculis cernantur. Nec desuit ingenium, similia contendens inter sese ac dissimilia, neque inanibus uerborum lufibus inhaerens, sed interiori ipsarum rerum naturae. Vtraque uero dos eximia fuit, nisi iudicio regatur, quod animum reuocat distractum, totumque in rem praesentem conuertit ac trahit. Nihil minus cuncta frigende sine pernotationibus uehementibus, modo huc, modo illic, passim digredientibus, uide inordinatus ille nascitur ordo ac diffusus, atque ab soluta oratione longe femotus. Quas uirtutes cunctas poeta in commune confert, nec delectare modo uult, sed etiam proficere, honesto laudando, castigandis uitis, eaque mente uitae uarietates humanae, ac mores populorum perscrutatur. similis eorum, qui generis mortalis doctores ultimi, gentes, immanitate efferatas, in societatem coegerunt. Hoc autem perfecissent nunquam, intimos nisi sensus genus dicendi singulare intendisset, quod tropos omnes ac figuras in rem suam uertit, ac syllabarum dimensione uocumque, indoli rerum consentanea, omnes, qui audiunt, permulcet, ut, inanimata uiuere, putes, et, quae ratione duce perficiantur, oculos atque aures ferire. Tanto artificio, longa confirmato exercitatione, Bode-nus cecinit, cuius carmina qui sine partium studio conspexerit, neque rerum frugifera-um ubertatem, neque uenustatem orationis in iis desiderabit. Locosa tamen ei felicitus successerunt ac tenuia, quam seria grandisquae, quae grauitate lepore premunt, ac patientiam, non facile defatigandam, possunt, ab negotiosa muneris academici ratione quodam modo aliena. Quoniam uero castigata ueterum scriptorum recensio magis directum ad famam opinionemque pandit iter, hoc quoque adendum statuit. Aggressus igitur est scriptores amatorios, poetin propius attingentes, in his Achillem Tacium, et Longum, perrexturus ad reliquos, nisi consilium mors festinata abruptisset. Vix autem uiderant illi lucem, cum, quod usu tenit, puncta ferret aliorum, uariis alii criminatio-nibus illum peterent. Cum primis bibliotheca Critica, superiore laudata loco, compa-rationem caeterorum probat eroticorum, sed ingenium Criticum, ac scientiam linguae accuratam derogat, ne indicatis quidem erroribus, quod specie sua lectores, paullo acu-tiores, non decipiant. Immittores fert sententiam noua philologica bibliotheca, aucto-re Volborthio publici turis facta, operisque formam multimodis carpit. Nos quidem maculis omnibus non offendimur, sed, eas nonnuncum studio conquisitas, aegre ferimus. Grauiusimam contraxit offensam praefatio, I ongo praefulta, atque hanc sententiam (p. 9) libri laudes complexa. *ad eum nos allicit gratia rerum incunda, cum simplici narrationis genere, nullis pigmentis, falsisque uerborum lenociniis infusato, sed natura magis, quam arte, facundo, et Athenarum proprium saporem redolente.* Hic Athenarum male olebat sapor sagaci gustus arbitrio, ut uix oculis fidem haberet in tam manifesta sensuum permutatione. Sed por-tento similis non est formula linguarum peritis, quos, perceptiones sensuum non per Synecdochen modo inter sese commutari, sed etiam diuersas ob cognationem iungi, minus fugit. Quid multa. Illam totam Quincilianus expressit (instit. orat. VI. 3. n. 07) ubi negat, urbanitatem in singulis dictis quaerendam, sed in toto colore dicendi, qualis apud Graecos Atticissimus ille, *redolens Athenarum proprium saporem.* Hic rigidus iste cen-sor legat uelut, quae Gesnerus adiecit, quod codices atque editiones reddens *saporem sub-stituerant. qui ita scripsit prius, uidetur concoquere non potuisse, misceri duos sensus.* Praeter Germanorum mo-er loquendi, saporis uocabula passim ad nali opus transferentium, Plauti nititur auctoritate, in cuius Pseudolo (Act. II. Sc. IV. u. 48) sapere de odore ponit, imo uero Ciceronis ipsius apud Plinium (XVII. 5. 3) qui *meliora unguenta praedicat, quae terram, quam quae crocum, sapiant.* Quid ad haec Plinius, *hoc malui dixisse, quam redolen-t.* Sed pluribus defendere nostrum opus non uidetur. Habet enim patronum, cuius exultimationem aduersarii reuerentur ipsi, Villosignum, Longo uio praefatum (p. 69) Verba faciat ipse, et, quid de Bodeño sit habendum aequiore iudicio, expromat. *Inie do-tilissimo homini, nobisque omicissimo, nullum iam debent literae Graecae, eidem mox plura debitorae, qui eruditissimis dissertationibus, et optima Achillis Tatii editione inclaruit, qui caeterorum Ero-ticorum scriptorum, ac Geoponicorum editionem parat, a cuius denique ingenio omnia praecelara expedienda sunt.* Editio eius in omnium manibus uertatur, eiusque accuratissimam et collectionem, et recensioem in nostris exhibuimus animaduersionibus. Sic Franco Gallorum uiri summi ae-quitas Germanum aduersus Germanorum aliorumque maleuolentiam in fidem recipit, quem uita quoque, laudatissime acta honestissimeque, tutatur. In hac enim, boni poe-tae ritu, misit utile dulci, eaque temperatione omnium, qui ipsum propius nouerunt, gratiam collegit. Etenim, sicut insigni floruit ingenii acumine, ita sermo eius fuit natuo quodam lepore distinctus. Hunc, monitore Schradero, de fontibus urbanitatis et ueterum scriptis petendis, horum lectione atrenta, comediarium praeferrim, atque epiltolarum, poliuuit. Quodsi, libertate confusus amicitiae, sales profudit nonnunquam, correctione adhibita, ad naturam ac modestiam confestim rediit. Morum uero urbano cultu tantopere sibi animos conciliauit, ut uel principibus placeret, in his *Friederico Euge-nio, Duci Wurtembergensi.* Quem, hac transeuntem, cum, nomine academiae, demissa ueneratione prosequeretur, gratiam singularem inuit, data uenia, Longi postea dedi-candi.

Handwritten: Thoma 20825 X. 294 3949

cendi. Commodis uero, tam priuatis, quam publicis, quoad eius fieri potuit, prospexit. Domum prudenter administravit, coniugi liberisque dulcissimus. Duxerat in matrimonium Charlottam Augulfam, Reichio, ab actis Ordinis Iuridici maxime industrio, natam, formae uenustate, morumque blanditiis, captus. Haec amorem mariti auxit pulchra prole edita; Christiano Friderico Augusto, Carolina Sophia Erdmutha, Christiana Friderica Luisa. Filias acerba morte amisit, in filio autem, erebrae indolis, atque ardentis, omnis chari parentis cura stetit, quam hic nauitate, nunquam relaxata, ac uitae probitate, meruit. Neque tamen cum literarum studiis destinauit, sed inercaturae, causam interferens, prout nunc sint tempora, Deum Stercutium, Mercurium, Martem, maioribus honoribus coli, quam Musas, Mineruam, Apollinem. At ne has quidem spes impleuit ille, uariolarum contagione e complexu matris, maximo cum luctu, abreptus. Nec desuit eius opera academiae dignitati, quam summa contentione studuit amplificare. Ter ordini sapientum praefedit, Ritteri quoque, subito decessu exanimati, uice functus. Fasces huius literarum sedis suscepit semel, ac strenua prudentia reuirit, maiorem allaturos iucunditatem, eam nisi ciuium quorundam petulantia exulcerasset. Namque e Taubmanni oratione, quae rectorem cum Hercule, monstrorum domitore, comparat, cognorat, talibus portentis non esse turpiter adulandum, sed ista in rationis gyrum ducenda, eademque permotus sententia, uicinos clamores prohibuerat. Audacia uero duplicata sic eius exacerbauit animum, ut morbus, in quem fuerat intemperantia studiorum prius implicitus, uehementiori impetu rediret. Breui tamen uires recuperauit, corroboratas occasione honorifica, lessu ferali in obitum Mariae Antoniae, Principis Regiae, publice habito, atque oratione de Matre Principali, Helenam, Constantini M. parentem, gloria longe superante, in templo academico recitata, Patri patriae Serenissimo subiectissimam doloris noltri societatem declarandi, purpuramque laetitia cumulatus deposuit. At imis in uisceribus infederat malum, nullo aris salutaris usu a Boehmero, Rectore Magnifico, qui curam corporis, tam debilitati ac fracti, sollicitam gesserat, releuandum, cuius quanta uis fuerit, uehementia quanta, uerbis huius, quam meis, exponere malo. *Atonia uiscerum, praecipue digestioni et chylisticationi inseruiendum, et inde orta acrimonia acida, Bodeni diu laborauerat, quae, postea ad systema quoque neruulorum delata, partim summam debilitatem, et frequentes lipothymias, partim affectus spasmodico conuulsus excitauerunt. Aecedebat tandem febris lenta ueruosa, et apoplexiae insulsus iterati, quorum ultimus citissime lethalis fuit. Quam quidem Bodenus infirmatatem inuicem constantia perulit, dictitans, multum se ei debere, quod, exemplo suo doctus, uidet, usupremum diem, per se ipsum, id quod saepissime et audiuerit, et legerit, tantum terroris non incurere, sensibus oppressis omnibus, quantum naturae imbecillitas humanae, illiusque antecessiones, ac funebres apparatus, faciant. Forti igitur animo ac magno expectauit illum, paucis hebdomadibus prius, quam a statione mortali discedebat, Principis Serenissimi, larga nunc munificencia academias nutritis, mandato re-creatus impense, quo pensio annua, propter assiduitatem praeclaram, ac fortunae angustias, concedebatur. Sed beneficium ei fuit tantum monstratum, quod usura omni finis uitae acceleratus illum priuabat. Namque inter festas amici, necessitudine sibi coniunctissimi, nuptias, XIII. Kal. Dec. anni LXXXII ad coelestia fuit gaudia euocatus, consecutus XLV annis, atque tribus hebdomadibus. Gaude, Vir beate, felicitate tua, gaude memoria noltra, quae doctrinam tuam amicitiamque nulla obliterabit obliuione, gaude posteritatis, quae tuum cuiusque honorem sine luore tuetur, grata recordatione. Merito tuo illud Materni, Poetis immortalitate quoque freti (dial. de orat. c. 13.) TIBI uin dicas, quando ueniet meus dies, statuo tumulto, non moestus atque inglorius, sed hilaris, et contentus. P. P. Dom. III. p. Felt. Epiphan. clolcccxxxiv*

INDEX SCRIPTORVM A BODENO

- | | |
|---|---|
| 1. Bodeni Carmen: Melanchthon in barbariem seculi sui non lenis, 1766. 23 plag. | 9. Bodeni Carmen, quo natalem Illustr. Trilleri gratulatur, 1767. plag. 1. |
| 2. Eiusd. de umbra poetica commentat. i. praefide Io. Frid. Hillero, 1764. pl. 23. | 10. Eiusd. proliuio. Artifex ea, quae sibi non conueniunt, fingens, poetae monitor, 1766. pl. 5. |
| 3. Eiusd. comment. II. resp. Theod. Io. Abr. Schützio eod. anno, pl. 24. | 11. Eiusd. proliuionis pars II. 1767. pl. 5. |
| 4. Eiusd. comment. III. resp. Car. Ad. Limmero, eod. anno, pl. 4. Quae commentationum triginta recusa est Vittebergae clolcccxxvii. octonis, pl. 73. | 12. Eiusd. proliuionis p. III. 1775. pl. 24. |
| 5. Eiusd. Carmen: Vitteberga restitutum templo Lutheri florentiori, 1765. pl. 2. | 13. Der Frau Mutter Handfart, 114 Da. 1769. 70. |
| 6. Eiusd. de namo gentium religioso disserat. resp. Chr. Traugott Kretzschmaro, 1763. pl. 6. | 14. Der rothde. Etumme, 114 36. 1771. |
| 7. Eiusd. Monumenta belli et pacis, Franchof. et L. 1766. octonis. Quae monumenta recusa funt anno 1768. atque germanice redidit, prodire itidem bis, nimir. Franchof. 1766. et 68. | 15. Eiusd. commentat. antiquariae de Nipe pro salute Augulsi, resp. Rud. d. Bunaw, 1771. pl. 5. |
| 8. Eiusd. comment. de Senibus <i>Senectus</i> , 1766. plag. 13. | 16. Eiusd. proliuio de Achille Tatio, 1773. pl. 33. |
| | 17. Eiusd. elogium Io. Dan. Ritteri, 1775. pl. 211. |
| | 18. Achillis Tatio Eronica, gr. et lat. c. notis uarior. cura Beni. Gortlieb Laurent. Boden, L. 1776. |
| | 19. Longi Pastoralia, gr. et lat. c. notis uarior. eiusd. L. 1777. |
| | 20. Eiusd. de Darici periculum criticum, 1779. pl. 2. |
| | 21. Eiusd. lessus feralis in obitum Mariae Antoniae, principis regiae, habitus, 1781. pl. 73. |

F. K. 51, 1

Za
2825

MEMORIAM
DOCTORIS DESIDERATISSIMI
BENIAMINIS
GOTTLIB LAVRENTI
B O D E N I

POETAE AC PROFESSORIS POETICES CELEBERRIMI

PIE RENOVAT

ACADEMIA VITEMBERGENSIS

